Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

confido nõ erubescã neq; irridant me inimici mei etenim universi qui te expectant nõ confundẽtur. Secrã. Quibus dñe sacrificia dicata tradant. que sic ad honorẽ tuo nois tui deferenda tribuisti. ut eadem remedia nõa fieri p̃stares p. Acceptabis sacrificia iustitiae oblationes et holocausta super altare tuum dñe. Pl'

Quesumus dñe deus nr. ut quos donasti repare nõ desinas sacramentis. tuis nõ destituas beneficiis auxiliis per. Fia iij. Ad corinth.

Fres. Non omis caro eadem caro. sed alia caro hominum alia pecorũ. alia volucrũ. alia piscium Et corpa quidẽ celestia. et corpa terrestria Sed alia quidẽ celestiũ gloria Alia aũt terrestriũ. Alia claritas solis. alia claritas lune. alia claritas stellarũ Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorũ. Seminat in corruptione. surget i corruptione. Seminat i ignobilitate. surget in gla. Seminat in infirmitate surget in virtute. Seminat corpus animale. surget corpus spiritale. Si est corpus aiale est et spiritale. Sic etiã scriptũ est. Factus est primus homo adam in aiam viventẽ. Novissimus adam in spm vivificantẽ. Sed non prius qd̃ spiritale est; sed quod aiale. deinde qd̃ spiritale. Iuxpo te sii domino nrõ. Sedm lucam.

Illo tpe. dixit Cũ videritis circumdari ab exercitu iersm Tunc scitote quia appropiabit desolatio eius Tunc qui in iudea sunt fugiant i montes Et qui i medio eius discedant. et qui in regionibus non intret i eam quia dies ulcionis hi sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. ve autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus Erit enim pressura magna super terram. et ira populo huic. et cadent in ore gladij et captiui ducentur in omnes gentes. et iersm calcabit a gentibus. donec impleantur tpa nationũ Et erunt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gentium p̃confusione sonitus maris et fluctuũ. Arescentibus hominibus p̃timore et expectatione que superuenient vniuso orbi. Fia

Fres. Cum iij. Ad colossenses

Estis aliqui alienati in operibus malis et inimici sensu. Nunc autem reconciliauit vos in corpore carnis eius per mortẽ exhibere vos sanctos et immaculatos et irreprehensibiles coram ipso Sed tamen permanetis in fide fundati et stabiles et immobiles a spe euangelii